



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

98. De eo cui imputatur homicidium, & probari non potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

*Hoc caput Regino laudat ex Concilio M-*  
*ontiacensi, Burchardus & vetus canonum*  
*collector MS. in bibliothecaregia ex Conci-*  
*lio apud Vermerias cap. xcix. Vtrobique au-*  
*tem amplior habetur quam apud Reginonem.*

*De eo cui imputatur homicidium & probari*  
*non potest. Ex eodem.*

Burchard, lib.  
§. c. 24.

**X C V I I I.** Ubi manifestari potest quem-  
 libet hominem perpetrasse homicidium, se-  
 cundūm canonicam auctoritatem condignum  
 pœnitentiæ judicium illi ingeratur. Si autem  
 manifestis indiciis non potest probari eum ho-  
 micidam esse, nec ipse vult confiteri, omni-  
 potentis Dei judicio, cui omnia occulta ma-  
 nifesta sunt, reservetur. Et tamen indicetur  
 quod communione ecclesiastica indignus sit,  
 donec perpetratum crimen confiteatur, & per  
 confessionem & pœnitentiam condignam ab  
 hoc crimine se absolyvere certet.

A B H I N C D E A D U L T E R I I S E T  
 F O R N I C A T I O N I B U S.

*Ex Concilio Ancyrano.*

Concil. An-  
cyr. c. 19.  
Halitgar. lib.  
4. c. 9.  
Concil. Vvor-  
mac. c. 44.

**X C I X.** Si cuius uxor adulterata fuerit,  
 vel si ipse adulterium commiserit, septem an-  
 norum pœnitentia oportet eum perfectionem  
 consequi secundūm pristinos gradus.

*De eo qui uxorem habens, concubinam*  
*tenet. Ex Concilio Toletano.*

Concil. Tolet.  
§. c. 17.

**C.** *De eo qui uxorem habens, si concubi-*